bus utilitatibusque quatenus universis nil excipiendo, tenendo, habendo et possidendo uti
fruendo. Tenebitur quoque praefatus Thatumyr ac se successoresque suos in et super om
nibus bonis suis hereditatis et obligatoriis mobilibus et immobilibus obligat et in
scribit, eundem Jarembowski vel posteros eius in dictis bonis et occasione eorundem
ab omni quavis impetitione iuridica et extraiuridica, omnibusque damnis, poe
nis, iniuriis violentiis quarumlibet personarum sexus, conditionis status cu
iusvis existentibus, tum ab ordinibus et singulis iuribus et inscriptionibus pri
oribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus adiutalitati
bus cuicumque personarum in quemcumque sensum factis et faciendis, Cessionibus con
cessionibus, adcessionibus inotescendis tam terrestribus quam Castrensibus sive etiam re
galibus in bona praefatis importatis et importandis lucris perdutis poenis
damnis vadiis triplicatis ac quibusvis processibus suis super bona ipsa
perdutis et perdendis, toties quotiens opus fuerit, tueri defendere eum
cere et illiberare, bonaque praefatis munda et libera facere, sub simili va
dio septuaginta florenorum pecuniae. Nec debet ipse Thatumyr cum suis po
steris eidem Jarembowski et eius successoribus in bonis praefatis, tamquam quam
iure minuere, aut quovis modo pacificam possessionem tam per se quam per sub
missas permissas personas in toto et in minima parte praepedire et adime
re sub alio simili vadio septuaginta florenorum polonicalium. Insuper
praefatus Thatumyr se successores ac bona sua omnia ad manus praefati Ja
rembowski et eius successorum obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his
Actis Castrensibus Premisliensibus ad acta terrestria Premisliensia infra decursum unius
Anni transferre, transportare, similemque in hac vel meliori verborum
forma, recognitionem facere sub vadio similis summae septuaginta florenorum
pecuniae monetae et numeri polonicalis. Pro quibus quidem vadio et vadiis illorumque mo
do et causa succubitis et succumbendo, si se ipse praefatus Thatumyr cum sua
posteritate ad officium Castrensem Premisliensem Capitaneale citare pungerit
et successores eius citare permiserint eidem Jarembowski vel successoribus eius
Extunc obmisso suo quovis proprio foro et iurisdictione competentibus coram
praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi officio, cui se (actus praesentis respectu)
subiicit, in primo citationis termino uti peremptorio, stare parere rendere ac
pro praefatis vadiis succubitis et transgressis ab officio non recedendo satisfa
cere toties quotiens opus fuerit tenebitur et successores illius debebunt et
erunt astricti. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nul
lare exquisita nec colore excogitato differendo plorando atque se excipien
tibus regalibus, bello, incursu hostium, actione praemaiori et aliis quibusvis
dilationibus. A decretis quibusvis in accessorio et principali negotiis latis et
factis, nullas motiones et appellationes faciendo, ad easque prosequendum non adsit
tam. Ad quietem dilationem non petendo, poena trium marcarum et triplici poe
na horidem vadium et vadia supranominatis non evadendo, quatenus abrenuntian
de omnibus quotquot sunt, et quae ex industria humana excogitari possunt,
dilationibus de iure dari solitis, nec quicumque sibi in auxilium contra praesentem in
scriptionem et eius contenta, recipiendo, sue suorumque successorum sub amissione to
tius causae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Tatumir cedit Jarembowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus No

652 ~~654~~

bilis Wasko Thatumyr, recedendo a iure foro, suis quibusvis proprio, seque
praesenti iuri ac iurisdictioni Castrensi Premisliensi in toto quoad actum effectumque praesentis
inscriptionis attinet incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore exstitit palam
per expressumque recognovit. Quia de inscriptione Castrensi Premisliensi sibi per No
bilem Mathiam Wrzeski supersumam triginta duorum florenorum pecuniae monetae et numeri
polonicalis in Cmethone uno dictis Kost in villa urdze consistentibus, actis praesentibus
Castrensibus Premisliensibus inscriptis et assecuratis cum omni iure, dominio et proprietate
nexuque et beneficio ac conditionibus in eadem inscriptione contentis et descriptis
nihil penitus pro se et successoribus reservando, Nobili Joanni Jarembowski
et eius successoribus iam ex nunc cedit et condescendit, omnemque ius suum quod
cumque ipsum vigore inscriptionis praefatis condescendit, seu alio quocumque modo in
bonis praefatis, concernebat et spectabat, in ipsum Jarembowski eiusque
successores transfundit et incorporat perpetuo et meum. Et iam ex nunc
ipse praefatus Thatumyr eidem Jarembowski in bona praefata iusque suum
dedit et admisit realem intromissionem cum actuali pacificaque possessione
per Ministerium quemcumque iam ex nunc per officium praesentis ad id leditur. Nihi
lominus praedictus Wasko Thatumyr se successores suos, bonaque sua omnia
eidem Jarembowski eiusque successoribus obligat, onerat et inscribit, praesentem in
scriptionem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus ad acta terrestria Premisliensia infra
decursum unius Anni transferre transportare, similemque et si opus
fuerit meliorem conducibiliorem quoque praedictis Jarembowski et eius suc
cessoribus recognitionem facere sub vadio triginta et duorum florenorum per
cuniae monetae et numeri polonicalis per dictum Thatumyr cum cognoscendo in eventum
non expletionis praemissorum eidem Jarembowski eiusque successoribus ad
solvendum irremissibile et de facto succumbendo. Pro quo vadio ex quacumque
re et causa succubitis et transgressis si se praefatus Thatumyr cum suis suc
cessoribus eidem Jarembowski vel eius posteris citare pungerit, Ex
tunc omisso suo quovis proprio foro et iurisdictione competentibus, coram praesenti
officio Castrensi Premisliensi cui se (respectu praesentis Actus) subiicit, in primo
citationis termino, tamquam in peremptorio stare parere rendere, ac pro praefa
to vadio ab officio ad quod vocatur citabitur vel posteri eius citabuntur non
recedendo, satisfacere, toties quotiens ipsi Jarembowski necessarium fu
erit vel eius posteris, tenebitur omnibus exceptionibus, dilationibus con
tromensis, suspensionibus praescriptionibus motionibus et appellationibus ac
iuris et facti beneficiis quae causam completionem praemissorum et eius terminos dif
ferat procul semotis, sue suorumque successorum sub amissione totius causae. Ad quie
tem dilationis recipiendo. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante super quod mentem posuit est officio

Kulczicziczki ttr Baczynski

Comparens personaliter ad officium et ad acta praesentia Castrensia Premisliensia, Nobi
lis Jazko Kulczicki, recedendo a suo proprio iure et iurisdictione competenti
ac se praesenti iuri et iurisdictioni Castrensi Premisliensi quantum ad inscriptionem praesentem
attinet subiiciendo et incorporando, sanus mente et corpore exstitit, publice reco
gnovit. Quia Nobili Wasko Baczynski eiusque posteris tenetur et est de
bitus quatuor florenorum pecuniae mutui debiti hinc in quatuor hebdomadis proxi
mis venturis hic in Castro Premisliensi solutum, effectuque datum, sub vadio
aliorum quatuor florenorum pecuniae in casu non solutionis per tempore supra ex
presso irremissibile succumbendo. Quod vadium supranominatis nisi pro
praefato tempore solverit, extunc lapso huiusmodi die et tempore solutioni

~~655~~ 653.

Laremborski inscribil se Chalumir

Brzeszczianski alias Thurzanski